

HENRICUS DE GANDAVO

ANCIENT AND MEDIEVAL PHILOSOPHY
De Wulf-Mansion Centre

Series 2

HENRICI DE GANDAVO

OPERA OMNIA

XXI

SUMMA, art. I-V

The De Wulf-Mansion Centre deals with research in Ancient and Medieval Philosophy
at the Philosophy Institute of the Catholic University of Louvain (K.U. Leuven),
Kardinaal Mercierplein 2, B-3000 Leuven (Belgium).

The Henry of Ghent editions are coordinated by Gordon A. Wilson,
The University of North Carolina at Asheville.

HENRICI DE GANDAVO

SUMMA

(Quaestiones ordinariae)

art. I-V

Edidit

G. A. WILSON
Dr. Phil.



LEUVEN
UNIVERSITY PRESS
2005

FOREWORD

The edition of Henry of Ghent's *Summa* is a complex piece of research. Henry's thought is highly nuanced, was influential, and continues to be studied today.¹ The manuscript traditions of his works are challenging to trace because manuscripts and their models seem to have been continually corrected and revised.² In part because of the complexity of this current edition, appropriate appreciation needs to be extended to the many people who have helped make it possible.

Gratitude is extended to the administrators of three different universities. First, I thank deeply Dr. Raymond Macken, then General Coordinator of the Henry of Ghent series, Prof. Willy Vanhamel, then director

¹ Since the publication of the previous volume in this series, the excellent edition by L. Hödl in 1998, several secondary studies have appeared, which attest to current recognition of the importance and relevance of Henry's theories. See, for example, R. PASNAU, *The Cambridge Translations of Medieval Philosophical Texts*, vol. 3, *Mind and Knowledge* Cambridge, UK, 2002, p. 93: "Henry of Ghent (c. 1217-1293) was an immensely influential and respected theologian at the University of Paris;" S. MARRONE, *The Light of Thy Countenance: Science and Knowledge of God in the Thirteenth Century* (Studies in the History of Christian Thought, vol. XCVIII), Leiden – New York, 2000, where one quarter of the two volume study is devoted to Henry of Ghent; G. GULDENTOPS and C. STEEL (eds.), *Henry of Ghent and the Transformation of Scholastic Thought*, Leuven, 2003, which contains essays delivered at an international conference on the thought of Henry of Ghent, including P. Porro's bibliography of Henry of Ghent for the years 1996-2002; J. A. AERTSEN, K. EMERY, JR. and A. SPEER (eds.), *Nach der Verurteilung von 1277/After the Condemnation of 1277* (Miscellanea Mediaevalia, vol. 28), Berlin, 2001, where K. Emery, Jr. and A. Speer write of this series (p. 5), "The Opera omnia of Henry of Ghent, begun in 1979 and directed for many years by Raymond Macken at Leuven, has given us critical texts of Henry's writings edited according to the highest standards of the 'historical method'; the rich introductions to these volumes, moreover, contain abundant, newly-discovered historical information pertaining directly to the Condemnation of 1277 and to the intellectual disputes at the University of Paris in the following decades;" and R. MACKEN, *Henri de Gand († 1293) maître en théologie à l'Université de Paris, archidiacre de l'évêché de Tournai. Dates et documents*. Leuven, 2002.

² K. EMERY, JR., "The Image of God Deep in the Mind: The Continuity of Cognition according to Henry of Ghent," in *Nach der Verurteilung von 1277*, p. 67, n. 20: "Each volume of the Leuven critical edition of Henry's Opera omnia reveals that he relentlessly revised his writings until the last moment, when he handed over a fair copy of this text to the Stationer's in Paris for publication in exemplar pieces (possibly he continued to revise even after that);" and L. Hödl's observation concerning the exemplars for Henry's manuscripts, "Der universitätsöffentliche Text der Summa des Heinrich von Gent war durch die wiederholte (dreimalige) Kopierung kontaminiert. Er war korrekturbedürftig und wurde in einzelnen Hss. auch korrigiert (HENRICUS DE GANDAVO, *Summa* (Quaestiones ordinariae), art. 41-46, ed. L. HÖDL (HENRICI DE GANDAVO *Opera Omnia*, vol. XXIX), Leuven, 1998, p. LXXII)."

© 2005 by the De Wulf-Mansioncentrum - De Wulf-Mansion Centre

Leuven University Press / Presses Universitaires de Louvain/
Universitaire Pers Leuven
Blijde Inkomststraat 5, B-3000 Leuven / Louvain (Belgium)

All rights reserved. Except in those cases expressly determined by law,
no part of this publication may be multiplied,
saved in an automated datafile or made public in any way whatsoever
without the express prior written consent of the publishers.

ISBN 90 5867 427 4
D/2005/1869/12

habita imperfecte et in generali, qua desideratur partim naturaliter, partim rationaliter sciri in particulari et perfecte, ut patet ex praedeterminatis. |

Bad. 21^{vi}
Scarp. 50^a

QUAESTIO 12

UTRUM CONTINGAT HOMINEM AEQUE PRIMO SINE DISCURSU CUIUSLIBET REI SCIENTIAM ACQUIRERE

Circa duodecimum arguitur quod homo aequè primo sine discursu potest sibi notitiam singulorum acquirere.

Primo sic. Homo scientiam acquirit per speciem acceptam a sensu. Sed cuiuslibet speciem aequè primo natus est per sensum acquirere. Ergo etc.

Secundo sic. «Sicut se habet sensibile ad sensum, ita intelligibile ad intellectum». Sed sensus aequè primo natus est acquirere notitiam cuiuslibet sensibilis et statim in ipso cognoscere quidquid est ipsi cognoscibile sine discursu. Ergo et intellectus aequè primo natus est acquirere notitiam cuiuslibet intelligibilis et statim | in ipso cognoscere quidquid est ipsi cognoscibile sine omni discursu.

Tertio sic. Quorum est eadem ratio agendi aequè primo nata sunt agere in proprium passibile, ut quilibet ignis ratione qua est calidus calefacere calefactibile. Eadem autem est ratio cuiuslibet vero, in quantum

ABTKPTW

138 imperfecte] in perfectione I' | naturaliter] et add. B'T' | 139 rationaliter] rationabiliter T' | perfecte] imperfecte K'P' | 140 praedeterminatis] indeterminatis sed in- exp. et prae- i. m. T' | 2 Utrum... 3 acquirere] Cf. supra, p. 4, 15-16. | 9 ita] sic I'K'P'W' | ad²] sup. lin. W' | 10 notitiam] scientiam P' | 11 et statim] iter. sed exp. W' | 13 acquirere] scientiam add. sed exp. T' | notitiam] eius add. sed exp. K' | cuiuslibet] eiuslibet P' | intelligibilis] intelligunt(?) sed del. et intelligibilis i. m. I' intelligentiae sed in intelligibilis corr. W' | in ipso] om. I'(i. m.)W' | 14 ipsi] sibi A | sine...discursu] om. K' | 15 ratio] iter. sed exp. A | aequè] ea K' | 16 proprium] in add. sed exp. I' | passibile] possibile I'(sed in passibile corr.)W'(sed exp. et passibile i. m. 3^a man.) | 17 Eadem] Ea sed in eadem corr. T' | autem] om. K'P'

9 Sicut...10 intellectum] ARIST., *De an.*, III, c. 4 (in ALBERTI MAGNI *Comm.*, ed. Cl. STROICK, p. 177, 76-77; 429a 16-18); cf. etiam ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 6, p. 185, 137).

est, verum agendi in intellectum et movendi ipsum, quia non movet intellectum nisi sub ratione qua est verum. Ergo omne verum sub ratione veri movet intellectum aequè primo et ita sine discursu | natum est ipsum movere. Per hoc autem acquirit scientiam. Ergo etc.

Quarto sic. Facilius res quaelibet nata est procedere in actum ab habitu incompleto quam a privatione pura, quia plus distat | actus a privatione | quam a potentia. Sed anima est in pura carentia et privatione de se ad habitus | principiorum, ut dictum est, et est in potentia | et habitu incompleto per principiorum notitiam ad habitus conclusionum. Ergo facilius est transire a principiis ad cognitionem conclusionum quam per se ad cognitionem principiorum. Sed ad illam vadit statim naturaliter sine discursu, ut dictum est supra, ergo et | ad istam.

Contra. Eorum quorum unum natum est sciri et intelligi per alterum, et non e converso, non est intellectus aequè primo natus acquirere scientiam, sed unius primo et alterius per discursum ab uno in alterum. Sic se habent intellectus principiorum et conclusionum. Ergo non aequè primo, sed | per deductionem ab uno in aliud est intellectus natus acquirere eorum scientiam. |

ABTKPTW

18 est] om. K'P'T' | est verum] inn. B' | verum] habet rationem add. K' | movendi] modificandi T' | movet] ipsum add. K' | 19 qua] i. m. T' | est verum] inn. K'P' | 21 acquirit] acquirit et -c- sup. lin. I' | 22 Quarto] Prima K'P' | est] facere add. sed exp. T' | 23 incompleto] completo A in completo I'K'P' | pura...25 privatione] om. (hom.) sed i. m. T' | 24 est] om. I'(sup. lin.)K'P'T'W'(i. m. 3^a man.) | in] sup. lin. A | in pura] conf. sed eras. et est in pura i. m. I' | carentia...25 privatione] privatione et carentia B' | et] sup. lin. I' | 25 est...26 et] om. (hom.) sed i. m. W' | 26 incompleto] in completo I' | 27 conclusionum] communionum sed in conclusionum corr. W' | transire] transire(sed exp.) transire W' | 28 conclusionum...cognitionem] om. (hom.) sed i. m. W' | ad²] om. K' | 29 naturaliter] natura AI' | discursu] discursum sed in discursu corr. W' | 31 et] ad sed exp. et et sup. lin. W' | 33 scientiam] om. P' | discursum] a primo add. sed del. A | in] ad K'P' | 34 conclusionum] communionum sed in conclusionum corr. W' | 35 sed] lac. I' | uno] unum sed in uno corr. W' | 36 acquirere eorum] inn. T' | eorum] sup. lin. P'

25 ut...est] Cf. supra, art. 1, q. 11, p. 181, 85-97. | 29 ut...supra] Ibid.

140

20

25

30

35

W' 12^{ab}K' 25^aScarp. 51^aB' 9^{ab}T' 17^{aa}A 17^aP' 16^{aa}Bad. 21^{vi}Scarp. 50^b

<SOLUTIO>

Ad hoc primo intelligendum quod scientia sive notitia est de ultima hominis perfectione, et etiam cuiuslibet intellectualis naturae; unde et in ipsa consistit felicitas vitae contemplativae hominis, secundum PHILOSOPHUM X^o Ethicorum. Nunc autem ita est iuxta determinationem PHILOSOPHI II^o De caelo et mundo quod res omnino perfecta perfectionem suam habet a se ipsa absque omni operatione sua, qua acquirat eam. Et ideo Deus scientiam et notitiam omnem de se et rebus aliis habet absque omni acquisitione a rebus scitis et absque omni conversione super eas et absque omni discursu ab uno in alterum, sed uno simplici intuitu in se ipso aequae primo et simul omnia cognoscit, quia sua scientia non est causata a rebus.

Res vero quaelibet alia, quia perfectionem suam in scientia non habet de se, sed ab alio, quia habet eam a rebus, ideo eam non nisi sua operatione acquirit. Sed ea quae primo perfecto propinqua sunt in ordine | rerum operatione simpliciore eam acquirunt, quae vero sunt remotiora, operatione possibili. Et ideo angeli, qui primo sunt propinquiore, convertendo se ad principia scientiarum sibi innata, ex illis sibi statim scientiam acquirant omnium aliorum sine discursu

ABTK'PT'W'

38 primo] est add. K' | 39 et...40 unde] om. (hom.) sed i. m. T' | 40 unde] om. B' | contemplativae] contemplatione W' | 41 secundum Philosophum] quod vult Philosophus B' | iuxta] secundum B' | 42 determinationem Philosophi] inn. A | De] om. ABTK'PT'W' | 43 perfectionem...habet] habet perfectionem suam A | 44 qua] quae I' | Deus] om. K' | 45 et] de add. P' | 46 omni²] om. B' | 47 primo...simul] simul et primo I'W' | 48 cognoscit] cognitum(?) sed exp. et cognoscit i. m. W' | sua scientia] inn. K'P' | causata] scr. sed in creata mut. I' creata K'P'W' | 49 quia] quae W' | in scientia] i. m. I' | 50 quia habet] quaecumque sed exp. et quia habet i. m. W' | nisi] a add. I'W' | 51 acquirit] requirit B' | perfecto] perfectio sed in perfecto corr. A | 52 rerum] i. m. man. corr. A | acquirunt] acquirit sed in acquirunt corr. A | 53 possibili] pluri B' potenti] P | 55 scientiam] i. m. B' | acquirant] acquirunt BTK'PT'W'

40 in...hominis] Cf. ARIST., Eth. Nic., X, c. 7 (Transl. Grosseteste, ed. R.A. GAUTHIER, pp. 358,30 - 359,2; in THOMAE DE AQ. Sent. libri Eth., ed. Leonina XLVII, p. 583,16-18; 1177a 16-18) et ibid. (Transl. Grosseteste, ed. R.A. GAUTHIER, p. 361, 7-10; in THOMAE DE AQ. Sent. libri Eth., ed. Leonina XLVII, p. 586,5-8; 1178a 5-8). | 42 res...44 eam] ID., De caelo, I, c. 12 (in ALBERTI MAGNI Comm., ed. P. HOSSFELD, p. 172,82-83; 292a 22-24). | 50 habet²...rebus] Ibid.; cf. supra, art. 1, q. 4, pp. 109,387-112,452.

causalitatis intelligendi unum ex altero, ut ex notitia unius tamquam prius noti deveniant in notitiam alterius | posterius ignoti, ut sic per unum investigent notitiam alterius, sed singula aequae primo intelligunt, non tamen uno simul intuitu simplici singula intelligendo, sicut facit Deus, sed unum post alterum, secundum quod super res se convertunt.

Homo autem, cum sit in ultimo ordine intelligentiarum post primum, qui non habet sibi aliquam notitiam innatam nisi in potentia solum, ut dictum est, primo sibi naturaliter acquirit notitiam principiorum incomplexorum sub esse incompletissimo et | confuso magis, secundum quod congruit humanae naturae, quia | «innata est nobis via sciendi ex nobis notioribus», quae sunt confusa magis, procedendo «in notiora naturae» quae sunt distincta et determinata magis, et hoc per hunc modum. Homo enim sibi acquirit notitiam primo de terminis et quidditatibus rerum in generali primo cognoscendo et considerando quid dicitur per nomen. Ex quibus terminis componendo et dividendo secundo concipit prima principia complexa sub esse confuso, et secundum quod homo magis est dispositus in lumine naturalis intellectus et ingenii subtilitate, tanto perfectius prima principia, tam incomplexa quam complexa, ab initio concipit. Omnes tamen generaliter ab initio ea sub esse confuso concipiunt, licet unus magis distincte et minus confuse quam alter. Sed postmodum paulatim

ABTK'PT'W'

56 notitia] illius add. sed exp. T' | 57 deveniant] deveniat I'K'PT'W' | posterius...58 alterius] iter. (homoeoceph.) sed va- cat sup. lin. T' | 58 investigent] investiget I'K'PT'W' | intelligunt] intelligit A(sed in intelligunt corr.)I'K'PT'W' | 59 simul] om. K' | facit Deus] om. B'T'W' | 60 convertunt] convertit A(sed in convertunt corr.)K'PT'W' | 62 sibi...notitiam] aliquam (scientiam add. sed del.) notitiam sibi A | aliquam] a quam sed in aliquam corr. I' | nisi] ut add. sed exp. B' | 63 solum] post est B' | 64 principiorum] sub esse add. sed exp. W' | confuso] sunt add. sed exp. W' | 67 hoc] iter. sed exp. W' | hunc] scr. sed exp. et unum i. m. W' | 68 et] de add. K'P' | 69 rerum] i. m. W' | 70 per] pro sed in per corr. W' | 71 confuso] confusa P' | 73 tam...74 complexa] om. B' | 74 incomplexa] complexa I'K'P' completa sed in complexa mut. W' (cf. notam immediate praecedentem) | complexa] incomplexa I'K'P' incommunica(?) sed -communica exp. et -complexa i. m. W' | concipit] iter. sed exp. A | Omnes] Omnis sed in Omnes corr. W' | 75 generaliter] om. K'P' | ea] eam sed in ea corr. W' | unus] in add. sed exp. W' | 76 minus] unus sed in minus corr. I'

63 ut...est] Cf. supra, art. 1, q. 11 p. 179,45-50 et art. 1, q. 5, pp. 124,43 - 127,99. | 65 innata...67 naturae] ARIST., Phys., I, c. 1 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER - J. BRAMS, p. 7, 8-10; 184a 16-18); cf. etiam ANON., Auct. Arist. (ed. J. HAMESSE, 2, p. 140, 3).

Bad. 22^dK' 25^hBad. 22^{rk}Scarp. 51^bI' 16^h

determinant ea omnes semper magis et magis. Secundum enim quod dicitur in principio *Physicorum*, «*pueri primo appellant omnes viros patres et mulieres matres; posterius autem*», cum vigoratur intellectus | eorum, «*determinant unumquemque horum*» et cognoscit puer patrem suum inter ceteros viros et matrem suam inter ceteras mulieres.

Et | haec confusa notitia principiorum in quantum huiusmodi habetur primo via sensus, memoriae et experientiae, quae consistit in singularibus, in quorum notitia non consistit ars aut scientia. «*Artifex enim universale et causam cognoscit, expertus autem cognoscit singulare tantum, et causam ignorat*», ut dicitur in | principio *Metaphysicae*, sed solum in eis consistit principium artis et scientiae. Principium dico | extra terminos artis consistens, antequam intellectus | ex ipsis universale abstrahat, quod existens «*in anima unum praeter multa est primum principium artis et scientiae*» intra terminos artis consistens, ut dicitur in fine *Posteriorum*, et tunc maxime quando intellectus in illo universali abstracto naturam et causam rei cognoscit et veritatem videt. Tunc enim primo determinatam notitiam principii habet. Sed tamen ante ipsam ab eius notitia confusa, tam in complexis quam in incomplexis, incipit

ABTK'P'T'W'

77 ea] eam W' | semper] om. P' | et] ac K'P' | et magis] inn. T' | 78 primo] primum A | 79 matres] i. m. W' | cum] i. m. W' | 80 unumquemque] unumquamque I' unumquaeque sed in unumquemque corr. W' unumquodque K'P' | horum] eorum T' scr. sed in eorum mut. W' | 82 confusa] et add. I' | huiusmodi] huius B'T'K'W' | 83 in singularibus] i. m. man. corr. A | 84 singularibus] singulis I'(sed in singularibus corr.)K'P'W'(sed in singularibus corr.) | 85 cognoscit] contingit I'(sed in cognoscit corr.)W' | singulare] particulare K'P' | 86 causam] cum sed in causam corr. W' | 87 in...consistit] consistit in eis B'K'P'T'W' | 88 extra terminos] i. m. I' | artis] om. P' | 89 abstrahat] extrahat sed ex- exp. et abs- sup. lin. man. corr. A abstrahit B' | est] et sed in est corr. T' | primum] prius K' | 90 et] est sed in et corr. T' | intra] inter I' | artis] ex add. sed exp. B' | 91 Posteriorum] possunt sed exp. et Posteriorum i. m. W' | intellectus...92 abstracto] i. m. T' | universali] viso sed exp. et universali i. m. W' | 92 rei cognoscit] cognoscit rei sed signis inversionis additis transposuit A | 93 principii] principium P' | ante] aut W' | 94 complexis] incomplexis B' | quam] tam K'P' | incomplexis] complexis B' (cf. notam, supra lin. 94)

78 pueri...80 horum] *Ibid.* (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER - J. BRAMS, p. 8,7-9; 184b 12-14); cf. etiam ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, p. 140, 5). | 84 Artifex...86 ignorat] ID., *Metaph.*, I, c. 1 (Transl. Anon., ed. G. VUILLEMIN-DIEM, p. 8,11-16; 981a 25-30). | 89 in...90 scientiae] ID., *Anal. post.* II, c. 19 (Transl. Iacobi, ed. L. MINIO-PALUELLO-B.G. DOD, p. 106, 1-4(*ad litt.*); Transl. Gerardi, ed. L. MINIO-PALUELLO, p. 280,24-26; 100a 6-10).

- 95 rationis discursus, primo ad cognoscendum veritatem quidditatis terminorum in principiis incomplexis, quorum notitia determinata acquiritur inquirendo via definitiva ex confusa cognitione definiti in significato nominis eliciendo cognitionem eius determinatam in definitiva ratione. «*Indefinitum enim quiddam significat nomen, ut circulus. Definitio autem ipsius dividitur in singularia*», id est in singulas partes definiti, ut dicitur in | principio *Physicorum*. | Et tunc primo, quando termini sic cognoscuntur in definitiva ratione, intelligitur veritas et quidditas rerum, et ex ipsis concipitur intellectus | determinatus primorum principiorum complexorum, sicut prius eorum intellectus indeterminatus concipiebatur ex ipsis terminis cognitis | in confusa nominis significatione.

- Et sunt principia ista definitive intellecta, tam complexa quam incomplexa, principia artis et scientiae infra terminos intellectualis cognitionis. Et de numero talium principiorum illa sunt prima principia simpliciter quae de primis et universalioribus magis concipiuntur, ut in incomplexis principiis primum principium et primus conceptus est conceptus entis, in quantum est ens, sub quo sunt omnes alii conceptus incomplexi, et ex ipso et post ipsum concipiuntur. Ex conceptu enim

ABTK'P'T'W'

97 acquiritur] antequam W' | inquirendo] enim add. T' | via] quia T' | via definitiva] iter. P' | definitiva] demonstrativa K' | definiti...98 nominis] i. m. man. corr. A | 98 nominis] rationis B' non K'P' | eius] in significato W' | 99 quiddam] quid tam(?) sed in quiddam corr. I' | 100 ipsius] illius I' | singulas] singulis sed in singulas corr. W' | 101 ut...Physicorum] om. A | Physicorum] om. W' | 102 termini] scr. sed exp. et nihil i. m. W' talia K' | intelligitur] intellectu sed in intelligitur corr. I' | et] sup. lin. W' | 103 intellectus] i. m. W' | 104 primorum] quorum K'P' | primorum principiorum] inn. I'W' | prius] principia K' principalis P' | 105 indeterminatus] determinatus et in- sup. lin. I' | confusa] confuse A(sed in confusa corr.)B'T'P'W' | 107 ista] illa K'P' | definitive] distincte T' determinate I'W' | intellecta] in illa sed in intellecta corr. T' | 108 incomplexa] incognita et -gnita exp. et -plexa i. m. W' | 110 et] om. K' | in] i. m. man. corr. A | 111 incomplexis] complexis B'T'(et in- sup. lin.)K'P'T'(et in- sup. lin.) incognitis sed exp. et incomplexis i. m. W' | principii] principii sed in principii corr. W' | et] ex sed in et corr. T' | primus] complexus add. sed exp. T' | est conceptus] sup. lin. T' | 112 entis] inest sed exp. et entis i. m. man. corr. A eius K'P' | 113 et] ut W' | et...115 incomplexi] om. (hom.) sed i. m. T' | post] sup. lin. W'

99 Indefinitum...100 singularia] ID., *Phys.*, I, c. 1 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER - J. BRAMS, p. 8,5-7; 184b 10-12).

K' 25^aBad. 22^{cl}P' 17^aScarp. 52^a

entis via deductionis ratione definitiva eliciuntur omnes alii conceptus incomplexi sequentes. Unde dicit AVICENNA in I° Metaphysicae 115
suae: «Res et ens talia sunt quae statim imprimuntur in anima prima impressione, quae non acquiritur ex aliis notioribus se, et alia acquiruntur ab eis. Quae enim promptiora sunt ad imaginandum per se ipsa sunt ea quae communia sunt omnibus rebus, sicut res et ens et unum, et cetera. Et ideo non potest manifestari horum aliquid probatione quae non sit circularis, vel per aliquid quod non sit ignotius illis». Secundum quem modum a primo philosopho, cuius subiectum est ens in quantum ens, omnis alius artifex subiectum suum sumit tamquam aliquod ens particulare sub ente simpliciter. In complexis vero primum principium et primus conceptus est qui primo fundatur super conceptus entis in quantum ens est, et sic est ille «de quolibet affirmatio vel negatio et non simul de eodem», quia fundatur super entis intensionem in comparatione ad suum contrarium, quod est non ens, priusquam sub ente consideretur descensus ad aliquam partem entis. Sub hoc enim conceptu

ABTK'PT'W'

114 entis] mentis *sed in entis corr.* T' | deductionis] rationis *add. sed del.* K' | 115 incomplexi] incommunem *sed in incomplexi corr.* W' | Unde] *scr. sed in Ut mut. et Ut i. m.* W' Ut K'P' | in] *om.* I'K'P'W' | I°] principio B' | 116 anima] post *add. sed exp.* W' | prima] impressi- *add. sed del.* K' | impressione] appensione K' | 117 acquiritur] acquiratur W' | aliis] animal *sed in aliis corr.* W' | 118 sunt] super P' | 119 et] *om.* A | 120 aliquid] *scripsi cum Avicenna et Scarpario:* aliquod ABTK'PT'W' | quae] quod W' | circularis...ignotius] circularis, vel per aliud quod non sit seu ignotius *i. m. inf.* W' | sit] notiva *add. sed del.* K' notius(*i. m. T'* illis *add.* B') seu quod est *add.* B'T'P'T'(*cf. notam immediate praecedentem*) | ignotius] notius *et ig- sup. lin. A* | 121 illis] ipsis A *om.* B' | modum] modus P' | a] enim K' | philosopho] physico K' physicorum P' | 122 quantum] est *add.* K' | tamquam aliquod] *inn.* K' | 123 particulare] ens *add. sed exp.* T' | In] principiis *add.* B'T'(*sed exp.*) | vero] *om.* K'P' | primum] est *sed in et corr.* T' | 124 super] entis *add.* B | conceptus²...126 super] *om. (hom.) A scr. sed va- cat sup. lin. I'* intensionem in comparatione ad suum contrarium *sed va- cat sup. lin. et deinde* conceptum in quantum est ens. Et est ille "de quolibet affirmatio vel negatio et non simul de eodem", quia fundatur super B' | 125 sic] *om.* K'P'W' | 126 fundatur] fundantur W' | intensionem] ad *add. sed exp.* K' | 127 est] *sup. lin. P'* | 128 consideretur] considerentur W' | partem entis] partis W' | entis] eius B' | hoc] *om.* K'P' | enim] complexo *add. sed del.* T'

116 Res...121 illis] AVICENNA, *Metaph.* I, c. 5 (ed. S. VAN RIET, pp. 31, 2 - 32, 5 et 33, 25-28). | 125 de...126 eodem] ARIST., *Metaph.*, IV, c. 3 (Transl. Anon., ed. G. VUILLEMIN-DIEM, p. 66, 1-2 et 11-12; Iunt., VIII, f. 74vH-I; 1005 b 19-20, 23-24); *cf. etiam* ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, p. 123, 97 (*ad litt.*)).

complexo sunt omnes alii conceptus complexi, et ex ipso et post ipsum concipiuntur. Ex conceptu enim huius principii «de quolibet affirmatio vel negatio et non simul de eodem» via deductionis ratione syllogistica eliciuntur omnes alii conceptus sequentes. Unde et ipso interempto omnes | alii interimuntur, ut vult PHILOSOPHUS in IV° Metaphysicae. | Et per ipsum omnes alii probantur et etiam primi conceptus principiorum syllogismi, ut patet per totum ex Analyticis PHILOSOPHI.

Et ideo quicumque aliquid intelligit ens intelligit primo inter incomplexa, nec de hoc aliquis dubitare potest, quia nihil potest intelligi nisi verum, et non est verum | nisi ens. Et illud principium «de quolibet affirmatio», etc., primo intelligit | inter complexa, secundum quod de hoc principio dicit PHILOSOPHUS IV° Metaphysicae: «Necesse | est ut illud principium sit valde manifestum et notum. Et de necessitate oportet concedere illud qui habet cognitionem entis». Unde dicit COMMENTATOR: «Quemadmodum oportet philosophum attribuire quodlibet genus entium alicui primo, et scire quid est illud primum», et hoc quoad incomplexa, «ita oportet | ipsum, cum consideravit de primis propositionibus, attribuire omnia alicui primum». Unde PHILOSOPHUS contra negantes | eum exterius, quod tamen negari

ABTK'PT'W'

129 conceptus complexi] *inn.* T' | 130 concipiuntur] concipitur *sed in concipiuntur corr.* W' | huius] huiusmodi P' | 131 et] *sup. lin. T'* | ratione] *scr. sed exp. et intensione sup. lin. W'* | syllogistica] syllogistica *sed exp. et syllogistica i. m. T'* | eliciuntur] elici I'(et -untur *i. m.*) W'(sed in eliciuntur *corr.*) | 132 conceptus] complexus *sed exp. et conceptus i. m. T'* complexi *add.* I'W' | 133 ut] nec *sed del. et ut sup. lin. T'* | vult] dicit P' | IV°] X° I'W' | Et] Ut W' | 135 Analyticis] *scripsi:* analecticis ABTK'PT'W' | 136 ideo] omnino *sed in ideo corr.* W' | ideo quicumque] *i. m. I'* | aliquid] *om.* K'P' | 137 incomplexa] complexa K'(et in- *sup. lin.*) P'T'(et in- *sup. lin.*) conceptu(?) *sed exp. et incomplexa i. m. W'* | 138 et] quod *sed exp. et et i. m. T'* | 139 affirmatio] vel negatio *add.* I'K'P'W' | primo intelligit] aliud principium *sed exp. et primo intelligit i. m. T'* | complexa] incomplexa AI'(complexa et in- *sup. lin.*) | hoc principio] *inn.* K'P' | 140 Philosophus] in *add.* I'K'P' | 141 concedere] condere *sed in concedere corr.* W' | 142 qui] quia W' | Unde] Ut I'W' Ubi B' | 143 philosophum] primum K'P' | 144 et¹...145 primo] *om. (hom.) sed i. m. T'* | et²] ad W' | incomplexa] *conf. sed in incomplexa corr.* W' complexa et in- *sup. lin. K'* | 145 consideravit] *scr. sed in consideraverit mut.* W' consideraverit P' | 146 eum] *scr. sed exp. et ipsum i. m. B'* illud K' | tamen] cum W'

130 de...131 eodem] *Ibid.* | 138 de...139 affirmatio] *Ibid.* | 140 Necesse...142 entis] *Ibid.* (Iunt., VIII, f. 73rF-vG; 1005b 12-16). | 143 Quemadmodum...145 primo] AVERR., *Comm. in Metaph.*, IV, comm. 8 (ed. Iunt., ff. 73vM-74rA).

P' 17^aT' 18^aK' 25^bW' 13^bBad. 22^{vt}Scarp. 52^bB' 9^a

A 17^a non potest quoad interius rationem, non procedit | per aliquod
principium complexum, sed solum ex terminorum incomplexorum
significatione, quae solum praecedit hoc principium complexum.
Complexum enim primum nisi per incomplexa cognoscere non
possumus. Licet enim aliqua propositio sit per se nota, et primo
quantum est de se, ut est illa cuius praedicatum includitur in subiecto,
ignoranti tamen subiectum quid est et eius definitionem talis propositio
non est nota. Ignorans enim quia homo est animal rationale mortale,
potest ignorare an homo sit animal, et alius non, ut dicit ALGAZEL in
Logica sua. 'Secundum interius rationem' dico, quia qui scit quod
homo est animal rationale mortale scit praedicatum includi in subiecto,
cum dicitur «homo est animal». Unde dicit AVICENNA 1^o
Metaphysicae suae: «Non potest cognosci quid | sit vere enuntiari, nisi de
unoquoque eorum dicatur quia res est, vel aliquid, vel quid», et PHILOSOPHUS
VI^o Metaphysicae: «Oportet non ignorare illud quod significat aliquid,
quid sit secundum essentiam et definitionem, quia quaerere absque hoc est facere
nihil». Cognitio enim eius quod quid est est principium omnis
cognitionis perfecte habendae de re, et ad ipsam omnis cognitio, tam in
complexis quam in incomplexis, reducenda est. Unde illa propositio
omnibus est per se nota cuius omnes terminos cognoscunt; illa vero
solum sapientibus cuius terminos soli sapientes cognoscunt, secundum

ABTK'PT'W'

148 ex terminorum] exteriorum A(sed in ex terminorum corr.) I'K'P'W' |
incomplexorum] incomplexiorem sed in incomplexorum corr. W' | 150
Complexum] i. m. W' | primum] an scribendum principium ? | incomplexa]
enim add. T' | 152 includitur] i. m. T' | 155 animal] alius sed in animal corr. W'
| alius] non ut dicit add. sed del. K' | non] nam K' | 156 interius] exterius K'
| rationem] suam add. I' | 157 scit] om. I'K'P'T'W'(i. m. 3^a man.) |
praedicatum] clarius scr. W' | 158 animal] i. m. man. corr. A | 159 quid]
quomodo sed exp. et quid i. m. man. corr. A | 161 VI^o] V^o AI'(VI^o sed mut.) P'K'T'
| 162 sit] scit I' | absque] i. m. W' | facere] quaerere K'P' | 163 eius] i. m. A
Deus sed in eius corr. I' | est¹] sup. lin. I' | est²] om. K'P'W'(i. m.) (cf. notam
immediate praecedentem) | 164 de] sup. lin. AT' | ad] sup. lin. A | ipsam] eam
I'W' | 165 in] sup. lin. W' | incomplexis] complexis sed in incomplexis corr. I'
| 166 omnibus est] inv. I'K'P'W' | terminos] eius add. I' | cognoscunt]
cognoscit P'T'W' | vero] vere I'

155 potest...non] Cf. ALGAZEL, *Logica*, I, c. 1 (ed. C. LOHR, pp. 240,39-44 et
249,22-27). | 159 Non...160 quid] AVICENNA, *Metaph.*, I, c. 5 (ed. S. VAN
RIET, pp. 33,39 - 34,42). | 161 Oportet...163 nihil] ARIST., *Metaph.*, VI, c. 1
(Iunt. VIII, f. 145vG; 1025b 27-30); cf. etiam AVERR., *Comm. in De an.*, I, comm.
21 (ed. F. S. CRAWFORD, p. 29,11-18).

quod BOETHIUS libro De Hebdomadibus distinguit duplex genus
communium conceptionum animi, quarum omnium prima est illa «de
quolibet affirmatione» etc.

Ex qua via deductionis argumentatione demonstrativa eliciuntur
omnes alii conceptus complexi, sive illorum qui sunt principia in
aliquibus scientiis specialibus sive conclusionum ultimarum. Et ex hoc
philosophus, cuius est considerare quidditates rerum, habet probare
prima principia particularium scientiarum. Et per hunc modum
quidquid homo cognoscit post simpliciter prima principia naturaliter
cognita, via rationalis deductionis | cognoscit, non solum intelligendo
unum post alterum, quod facit et angelus, sed etiam intelligendo unum
ex altero, tamquam incognitum actu ex actu cognito, in quo illud est
cognitum in potentia solum; qui modus cognoscendi angelo non
convenit. Unde et modus intelligendi angelorum proprie intellectualis

K' 26^a

ABTK'PT'W'

168 Boethius] dicit add. T' | Hebdomadibus] et add. T' | distinguit]
distinguit(?) sed -guit clarius scr. i. m. I' | duplex genus] clarius scr. W' | 169
conceptionum] conceptuum K' | quarum] iter. sed exp. W' quorum K' |
prima] primus K' | illa] ille K' | 170 affirmatio] vel negatio add. K'P' | 171
argumentatione] argumentative K'P' | 172 complexi] connexio sed exp. et
complexi i. m. W' | 173 conclusionum] communionum sed in conclusionum
corr. W' | ultimarum] ultimorum sed in ultimarum corr. T' cuius est
considerare quidditates rerum add. et deinde Unde et modus intelligendi
angelorum proprie intellectualis dicitur, hominum vero rationis, secundum quod
dicit Damascenus De duabus naturis et una persona Christi: "Operatio
intellectualis est in angelis et omnibus incorporeis simplici oppositione sive
apprehensione intelligentibus; rationis vero in hominibus, qui ex anima et
corpore componuntur, non simplici, sed varia et rationcinative apprehensione
intelligentibus add. (cf. infra, lin. 181 - p. 194,187) sed va- cat sup. lin. A |
Et...hoc] i. m. man. corr. A | 175 modum] i. m. man. corr. A | 176 quidquid] i.
m. W' | prima principia] inv. K'P' | 178 unum²] unde sed in unum corr. I' |
179 actu¹...cognito] i. m. W' | illud] idem I' | est] sup. lin. W' | 180
cognoscendi] in add. i. m. I' | 181 convenit] communis i. m. convenit corr. W'
contingit P' | modus] melius sed del. et modus i. m. T'

168 duplex...169 animi] BOETHIUS, *Hebdom.*, c. 1 (ed. C. MORESCHINI, p.
187,17-25; PL 64, 1311A-B). | 169 de...170 affirmatio] ARIST., *Metaph.*, IV, c.
3 (Transl. Anon., ed. G. VUILLEMIN-DIEM, p. 66,1-2 et 11-12; Iunt., VIII, f.
74vH-I; 1005 b 19-20, 23-24); cf. etiam ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 1, p.
123, 97 (ad litt.)). | 177 via...178 angelus] Cf. supra, pp. 186,53 - 187,60.

dicatur, hominum vero rationalis, secundum quod dicit DAMASCENUS De duabus naturis et una persona Christi: «Operatio intellectualis est in angelis et omnibus incorporeis simplici oppositione sive apprehensione intelligentibus; rationalis vero in hominibus, qui ex anima et corpore | componuntur, non simplici, sed varia et ratiocinativa apprehensione intelligentibus».

Scarp. 53*

Et nota quia est ordo in illis posterius cognitis ab homine, quia quaedam posteriorum sunt in potentia priori in illo primo principio, tam incomplexo quam complexo, prius ex eo nata cognosci, | quaedam in posteriori nata posterius cognosci | ex eodem, et sic per ordinem usque ad ultima incomplexa | et ultimas conclusiones complexas. | Et secundum hunc ordinem debet procedere ordinata scientia in cognoscendo, sicut natura procedit ordinate in generando, quia non sunt omnia aequae primo in potentia in primis principiis, ut sciuntur ex ipsis, sed necesse est quaedam sciri mediantibus aliis, sicut non sunt omnia aequae primo in potentia in materia, ut generentur ex ea, sed necesse est quaedam generari mediantibus aliis primo generatis. Et ideo sicut natura non potest primo et immediate ex pane generare hominem, sed oportet ut primo ex pane generetur sanguis, et ex sanguine sperma,

185

190

195

200

ABTKPTW

182 hominum...rationalis] hominum vero potentialis *sed del. et hominum vero rationalis i. m. I'* | rationalis] potentialis W' (*cf. notam immediate praecedentem*) | dicit] *i. m. man. corr. A* | 183 persona] quam *sed exp. et persona i. m. T'* | 184 et] in *add. K'P'* | incorporeis] corporeis *sed in incorporeis corr. A* | oppositione] appellatione *sed in oppositione corr. T'* operatione I'W' | oppositione sive] *om. B'K'P'* | sive apprehensione] *i. m. man. corr. sed inser. ante oppositione A om. I'T'W' (cf. notam immediate praecedentem)* | 185 apprehensione] appositione B'P' | 186 et] *om. I'* | apprehensione] appositione B'P' in oppositione T' *i. m. I'W'* | 188 quia] quod I'K' | est ordo] *inu. K'P'* | cognitis] cognitus *sed in cognitis corr. I'* | 189 tam] tamen I'W' | 190 incomplexo] cum plurimum(?) *sed in complexo mut. W'* | complexo] complexum W' | cognosci] cogniti I'W' ex eodem *add. sed exp. A* | quaedam in] in quoddam W' | quaedam...191 eodem] *om. K'P'* | 191 cognosci] cogniti I'W' (*sed in cognosci corr.*) | ordinem] et *add. W'* | 192 incomplexa] incompleta *sed in incomplexa corr. W'* | conclusiones] communiones *sed in conclusiones corr. W'* | complexas] completas W' | Et] *om. A scr. sed exp. et Quod est i. m. W'* | 194 procedit] procederet A praecedit I' | 196 aliis] animal *sed in aliis corr. W'* | 197 in potentia] post materia K'P' | 200 primo...pane] ex pane primo K' | ex¹...generetur] generetur ex pane I' | et] *om. I'*

183 Operatio...187 intelligentibus] IOANNES DAMASC. *Institutio elementaris, c. 8* (ed. D. ERASMUS, p. 46; PG 95, 110B).

et tunc ex spermate homo, sic ratio ex primis principiis non potest scire immediate ea quae mediata sunt, sive complexa sive incomplexa, sed oportet eam | discurrere per omnia intermedia priusquam mediata poterit per prima cognoscere. Et qui hunc ordinem non observant | in addiscendo modicum proficiunt, et saepius errant.

A 17^bW' 13^a

205

Absolute ergo dicendum quod homo non potest aequae primo devenire in notitiam singulorum, immo in quolibet genere principiorum oportet eum prius scire confusa quam determinata, et deinde ex confusis via discursus rationalis investigare determinata, vel definitive vel demonstrative, et hoc per ordinem semper primo cognoscendo principia incomplexa, et deinde ex incomplexis complexa, et tam in his quam in illis primo confusa et indeterminata, deinde distincta et determinata, ut dictum est. |

Bad. 22^{va}

<AD ARGUMENTA>

215

Ad primum in oppositum, quod «speciem cuiuslibet rei aequae primo mens nata est acquirere», dicendum quod licet ita sit, non tamen nata est per illam intelligere omnia intelligibilia | de ipsa re aequae primo et | eodem modo, sed primo conceptus confusos primarum intentionum, et deinde ex determinatione definitiva conceptus earum determinatos, et per illos omnes conceptus sequentes, tam complexos

I' 17^aK' 26^b

220

ABTKPTW

201 tunc] *om. K'P'* | primis principiis] *inu. I'* | 202 incomplexa] completa *sed exp. et incomplexa i. m. W'* | 203 discurrere] currere A (*et dis- i. m. man. corr.*) BTKPTW | per] omnis *add. sed exp. B'* | omnia] omnes *sed in omnia corr. A et add. T'* | intermedia] in media *sed in intermedia corr. T'* | mediata] immediate *sed im- exp. A* | mediata poterit] *inu. K'* | 204 observant] obserbant A | 206 non...primo] aequae primo non potest K' | 207 notitiam] notitia T' | singulorum] singularum B' | 208 determinata] vel definitione enumerativa *add. W'* | et deinde] *i. m. I'* | et...209 determinata] Et dictum est ex confusus (*sic*) via discursus rationalis investigare determinata *i. m. W'* | 210 primo] post incomplexa K' | 211 deinde] *om. K'P'* | incomplexis] complexis *et in- i. m. A* | 212 illis] aliis W' | et] *om. W'* | indeterminata] determinata T'W' | 215 aequae...216 est] mens nata est aequae primo A primo mens nata est K'P' | 216 acquirere...217 est] *i. m. inf. I'* | 217 illam] naturalem *add. W'* intellectam *add. P'* nata (*sed del.*) est (*sed exp.*) *add. K'* | omnia] *om. A* | intelligibilia] aequae primo *add. I'W'* | 218 modo] aequae primo *add. sed exp. W'* | 219 earum] eorum I'K'P' | 220 omnes conceptus] *inu. K'P'*

215 speciem...216 acquirere] *Cf. supra, p. 184, 7-8.*

quam incomplexos, secundum quod apparet in pueris, qui *primo omnes viros appellant patres*, ut dictum est. |

Ad secundum, quod «sensus aequae primo apprehendit omnia sensibilia», dicendum secundum dicta superius quod non est simile de sensu et intellectu, quia sensus simpliciter et superficietenus exterius rem per suam speciem apprehendit, sed non ipsam rem interius, neque ipsius rei veritatem, in qua plura contingit discerni, | sicut facit intellectus, ut dictum est secundum AVICENNAM. Propter quod dicit PHILOSOPHUS: Qui unum dicit quodammodo multa dicit. Ad quae multa cognoscenda non potest intellectus humanus aequae primo, sed quaedam latent in potentia in quibusdam quae operatione rationis oportet in actum deducere, quod et facit non nisi discurrendo, quia propter debilitatem luminis intellectualis in homine non potest omnia illa statim percipere, quod potest angelus propter luminis intellectualis fortitudinem in ipso. Sed hoc poterit homo cum «*evacuatum fuerit in ipso quod ex parte est et fuerit sicut angelus Dei in caelo*». |

Ad tertium, quod omnis veritas est per se obiectum intellectus,

ABTKPTW

221 appare] in principio *add. W'* | in] *iter. sed exp. K'* | qui] quae *B'* | omnes...222 appellant] appellant omnes viros *T'* | 223 secundum] dicendum *add. I'K'P'W'(sed exp.)* | 224 dicendum] quod *add. T'* | secundum...superius] *post simile B'* | 225 superficietenus] superficietem *sed in superficietenus corr. W'* et *add. T'* | 227 ipsius rei] *inu. B'K'P'T'* | veritatem] veritatis *sed in veritatem corr. T'* | plura] plures *I'* | contingit] convenit *sed in contingit corr. A* communit *sed in contingit corr. W'* | 228 dictum] dicens *sed exp. et dictum i. m. W'* | 229 dicit] *iter. sed exp. K'* secundum Philosophum *add. A(sed exp.)B'T'(sed exp.)* | 230 primo] attingere *add. K'* | 231 quibusdam] quibus d-(?) *sed in quibusdam corr. W'* | operatione] opere *I'T'W'* | 233 statim] intelligit *add. I'* | 234 luminis] litteras *sed exp. et luminis i. m. W'* | intellectualis] actualis *AI'K'P'T'W'* | fortitudinem] fornem(?) *sed -nem exp. et -titudinem i. m. I'* | 235 cum] est *I'* | quod] quem *K'* est *add. P'* | 237 omnis] omnes *W'* | veritas] veritatis *A* per se *add. sed exp. K'*

221 primo...222 patres] ARIST., *Phys.*, I, c. 1 (Transl. Vetus, ed. F. BOSSIER - J. BRAMS, p. 8,7-9; 184b 12-14); *cf. etiam* ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 2, p. 140, 5). | 222 ut...est] *Cf. supra, p. 188,78-79.* | 223 sensus...224 sensibilia] *Cf. supra, p. 184,10-12.* | 224 secundum...superius] *Cf. supra, art. 1, q. 10, pp. 175,171 - 177,199.* | 226 neque...227 intellectus] *Cf. AVICENNA, Metaph., IX, c. 7 (ed. S. VAN RIET, pp. 511,97 -512, 00).* | 229 Qui...dicit] *Cf. ARIST., Metaph., X, c. 6 (Transl. Anon., ed. G. VUILLEMIN-DIEM, p. 196,21-22; Iunt., VIII, f. 267rD-E; 1056b 12-14).* | 235 evacuatum...236 caelo] *I Ad Cor., XIII,10; cf. etiam Matth. XXII,30.* | 237 omnis...intellectus] *Cf. supra, p. 185,19-22.*

dicendum quod verum est, sed veritas primorum est obiectum eius per se et primo, aliorum autem per se, sed non primo, et ideo non potest cognosci veritas in illis nisi per discursum ex primis. |

Ad quartum, quod «facilius est animam transire ad notitiam conclusionum ex principiis quam per se ad notitiam principiorum», dicendum quod verum est quantum est ex parte recipientis, quia anima humana de se nihil habet habitus principiorum. In principiis autem in potentia habet habitus conclusionum. Sed quantum est ex parte luminis intellectus, quo fit iudicium veritatis et principiorum et conclusionum, secus est, quia aliquid sufficit ad percipiendum statim veritatem magis perspicuam quod non sufficit ad percipiendum | minus perspicuam. Quia ergo magis perspicua est veritas | principiorum quam conclusionum, ideo cum quidditas terminorum offertur intellectui, statim vis cognitiva naturalis percipit veritatem principiorum, licet non conclusionum, quarum etiam veritatem statim perciperet, si in tantum esset elevatum lumen cognoscitivum in hominibus quantum in angelis. Et sicut est de perceptione veritatis principiorum et conclusionum, ita est de generatione habituum, quia ex talibus actibus percipiendi primo habitus cognitivi concipiuntur, | et per actum intelligendi veritatem principiorum habitus principiorum, tam complexorum quam incomplexorum, concipitur in suo initio, et per talem actum frequentatum augmentatur et firmatur, et per actum ratiocinandi

ABTKPTW

238 primorum] principiorum *I'W'* non *add. sed exp. W'* | 239 aliorum...primo] *om. (hom.) sed i. m. W'* | autem] vero *A* | et] *om. K'P'* | 241 quartum] dicendum *add. K'P'* | 242 principiorum] principium *sed in principiorum corr. W'* conclusionum *K'P'* | 243 est] eius *sed in est corr. W'* | quia] de *add. sed exp. A* | 244 habitus] conclusionum *add. W'* | 246 conclusionum] se *add. sed exp. K'* | 247 statim...percipiendum] *iter. in fol. 18va T'* | 248 quod...perspicuam] *om. (hom.) A(sed i. m. man. corr.)I'* | 249 est] *om. W'* | quam] quamquam *sed in quam corr. W'* | 252 conclusionum] communionum *sed in conclusionum corr. W'* | quarum] quare *sed in quarum corr. T'* | statim perciperet] *inu. T'* | 253 cognoscitivum] cognitivum *sed in cognoscitivum corr. T'* cognitivum *B'* | quantum] quam *W'* | 254 et] *om. W'* | 255 percipiendi] participandi *sed in W'* | 256 cognitivi] cognitioni *sed in cognitivi corr. I'* cogni *sed in cognitivi corr. W'* | et] ut *B'T'K'P'T'W'(an recte ?)* | intelligendi] *om. A(i. m. man. corr.)B'T'(i. m.)* | veritatem] veritatem *B'* | 257 habitus principiorum] *om. (hom.) W'* | 258 talem actum] *inu. K'P'* | 259 frequentatum] frequentatio *B'* | augmentatur...260 frequentatum] *om. (hom.) sed i. m. inf. man. corr. A* | actum] rationu- *add. sed del. K'*

241 facilius...242 principiorum] *Cf. supra, p. 185,27-28.*

Bad. 22^{co}

Scarp. 53^b
Bad. 23^{co}

Bad. 23^p

Bad. 23^{co}

T' 18^{ra}

P' 17^{ra}

K' 27^{ra}

Bad. 23^{re}

concipitur habitus conclusionis et per ipsum frequentatum habitus conclusionis augetur et firmatur. |

Scarp. 54^aA 18^{ra}W^o 13^{ab}I^o 17^{ab}Scarp. 54^b

Est enim intelligendum quod aliud est principium, aliud est habitus principii, sicut aliud conclusio, aliud habitus conclusionis. Principium enim est quoddam opus intellectus, velut quaedam notitia actu intelligendi | lucens in intellectu tamquam verbum et conceptus eius, quo intellectus informatus in actu intelligendi perfectissime est in actu id quod intelligit, et perfectius quam ex ipsa specie quam habet de re. Et ideo ex illa notitia est perfecta | assimilatio intellectus ad intellectum, | ut intellectus, cum sit de se quodammodo omnia intelligibilia, «*actu tamen nihil eorum est antequam intelligat*», sicut dicit PHILOSOPHUS in III^o De anima. Quod intelligo ipsum dicere non tam propter speciem rei qua intellectus informatur, ut eliciat actum intelligendi, sed propter ipsam | notitiam quae lucet in intellectu ex actu intelligendi, licet neutro illorum informetur intellectus, | nisi cum est in actu intelligendi. Et est ista notitia conceptus quidditatis rei in intellectu simplici, propositionis vero in intellectu componente vel dividente, per quem habitus complexus vel incomplexus generatur et augmentatur, quo utitur intellectus ad faciliter concipiendum principium postquam

AB'IK'P'T'W'

260 conclusionis] *om.* I' | per...frequentatum] frequentatum per ipsum I' | frequentatum] actus *add.* W' | 261 firmatur] affirmatur K'P' | 262 principium] et *add.* I'K'P'T'(i. m.)W' | est²] *om.* B'T' | 263 habitus¹] principium K'P' | conclusio] et *add.* I'K'P'W' | conclusionis] communionis *sed in conclusionis corr.* W' | 265 intelligendi] tamquam *add. sed del.* K' | 266 eius] est W' | 267 quod] i. m. P' | quam¹] quod W' | 268 ideo] et *add.* W' | 269 intellectum] intelligendum *sed in intellectum corr.* T' ut in-*add. sed exp.* W' | se] sit *add.* P' | 271 in] *om.* I'K'P'W' | non] tamen *sed in non corr.* W' | 272 tam] tamen AB'T'T'W' | qua] quam I'P' | informatur] informetur K' | 274 licet...275 actu] dicitur *in textu et deinde* licet neutro illorum informetur(*iter. sed exp.*) intellectus, nisi cum est in actu i. m. W' | informetur] informatur K'P' | 275 est] i. m. T' | 276 vel] et B'I'W' | per] secundum P' | 277 quem] quam I' quod W' | habitus...278 principium] *iter. (homoeceph.) sed va- cat sup. lin.* W' | incomplexus] complexus *et in- sup. lin.* B' incommunionis *sed in incomplexus corr.* W' | 278 intellectus] intellectu K'P'

270 actu...intelligat] ARIST., *De an.*, III, c. 4 (in ALBERTI MAGNI *Comm.*, ed. Cl. STROICK, p. 201,84-85; 429b 30-31); *cf. etiam* ANON., *Auct. Arist.* (ed. J. HAMESSE, 6, p. 185, 138).

280

generatus est habitus in eo. Non est autem idem quod quis agit et quo agit, sicut habitu grammaticae complexam orationem quis constituit, quae non est habitus ipse, et similiter in operatione rationis ex habitu scientiae concipit quis conclusionem, quae non est ipse habitus. |

Scarp. 54

AB'IK'P'T'W'

279 autem] *ad sed in autem corr.* I'W' | quod] quoddam P' | quis] qui I'W'(sed in quis *corr.*) et quo *add. sed exp.* A | agit] facit I'W' | 280 complexam] congruam B'T'(sed *exp. et complexam i. m.*) | 282 concipit] accipit K'P' | est...habitus] i. m. B'